

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

De tribus speciebus ingratitudinis cauendæ. Serm. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

IOAN. LANS. CARTHVS. SERMO IV.

582

Luc. 10.

Oculus sim-

plex, haben-

dus quis sit.

Matt. 6.

Collos. 2.

Matt. 3.

minis seruire, nemo duobus dominis placere. Mortificemus igitur desideria nostra volumus enim & hec & illa, & volēdi nō est finis, quia oculus nō sat-
tur visu, & cupiditas nunquam dicit, sufficit. Vnum igitur solum est necessi-
tatem, quod cor nostrum quiescere facit, & se nos faciat. Sint lumbi respi-
ciēti, & lucerna ardentes in manibus vestris. Charissimi fratres in operibus ve-
stris bonis sit oculus simplex ut totum corpus lucidum sit. Sit pura simplex
intentio, vt omnia faciatis, quicquid boni facitis, in laudem Dei. Nihil mo-
ueat vos aliud, quam vt placeatis Deo. Nemo querat seipsum, nemo cogite
quod suum est, hoc est, quod sibi commodo, quod honori, quod voluptate,
quod utilitatē sit, sed quod ad Christi gloriam sit, seipso posthabito & con-
tempto, vt inceat lux eius coram hominibus, qui glorificet patrem nostrum
quae in cœlis est, super omnia benedictus. Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

De tribus speciebus ingratitudinis cauenda.

Sermo IV.

Iob 33.

Ioan. 6.
Ioan. 14.

Deut. 14-16

Ego elegi vos de mundo, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester mane-
Ioan. XV. Charissimi fratres, legimus in Iob: Deus semel loquitur, &
ipsum non repetit. Ipse enim quicquid vel ad paucos, vel ad vnum lo-
quuntur, ad omnes vult esse dictum. Hoc modo Apostolis loquens, non illis sola
loquutum se esse voluit, sed etiā nobis, & his quoque qui post nos futuri sunt
usq; ad finem seculi. Qui enim sic Christi legunt verba, quasi ijs tantum, quia
tunc vixerunt, loquutus fuerit, & nihil in se recipiunt eruditiois, pollicen-
tiam pari fructu legere, quomodo olim destruxta fuerat Troia aut Romae
dita, &c. Verum nos fratres charissimi ita accipimus Christi verba ad Apo-
stolos, tanquam ad nos, immo vere etiam ad nos dicta. Neicio enim quibus ho-
die potius Christus in his verbis loquitur, quam bonis monachis Christi re-
gulam & ordinem suum obseruantibus tametsi omnibus loqui voluerit Cor-
christianis. Non vos, inquit, me elegisti, sed ego elegi vos. Recte quidem Domine.
Quid enim eligeremus, quando non eramus? Quid eligeremus, cum in pe-
ccato, cum in tenebris essemus, & nihil boni diligebamus? Ego elegi ipse, hic
est, neq; de studio vestro, neque de merito vestro accedit vobis, sed de bene-
volentia mea, de gratia mea, de tractu meo vobis contigit vt sis ad me con-
uerfi. Nemo enim venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et nemo venit al-
trem, nisi per me. Ego itaque elegi vos, non quia fuistis boni, non quia me-
ores cæteris hominibus, nec ideo, quod scirem vos futuros bonos. Nihil ho-
rum. Non enim si boni estis, effletis nisi per me. Non effletis boni, nisi vostre
cerem bonos. Non igitur ex vobis est, non de vestro est, si estis boni, sed de
meo, quia elegi vos. Gratia electionis (si estis) fecit vos bonos. Elegi autem
vos de mundo (& sicut in Deuteronomio legitur) elegi vos de cunctis gentibus,
quas creauit in laudem & honorem nominis mei tanquam populum mihi-
cularem, vt seruetis præcepta mea & cæremonias meas, & posui vos in re-
radisum voluptatis, scilicet in terram promissionis, hoc est, in statum reli-
gionis, in claustrum monasticæ vitae, quæ reuera non immerito paradiso-

pate

paratur. Nam et si paradisum terrestrem, statum videlicet innocentiae, statu⁵ Paradiso
obedientiae, quo caro spiritui, spiritus subiectur Deo, amissimus: ædificauit cur merito
tamen nobis propemodum Spiritus sanctus aliam paradisum, per sanctos comparetur
patres instituendo regulas atque viuendi modos, quibus tanquam in paradi- vita mona-
stica.
so à peccato, saltem graui, viuamus (si volumus) immunes, faciamusq[ue] re-
belles passiones assidua mortificatione nobis obedientes. Et licet in hac para-
diso, hoc est, in monastica vita multa videantur dura & austera, quare non
paradisus, id est, hortus voluptatis dici debeat, est tamen reuera bonis, pijs,
Deo deuotis, hortus voluptatis, non iuxta exteriorem hominem, cui sane Gen. 3.
maxime quamdiu adhuc immortificatus est, aspera occurruunt, sed iuxta in-
teriorum hominem, & secundum spiritum, qui multa in hac paradiſo suavi-
tate irrigatur. His enim qui verè renunciauerunt mundo, qui ex affectu, &
ex corde suo mundi amorem profligauerunt, est religionis status iugum sua-
ue, & onus leue. Nec potest nō esse verum, quod eiusmodi Dominus promis-
tit centuplum in hac vita pro simplo, quod sui amore reliquerant recipien-
dum, & nihilominus vitam æternam.

Religionis
iugū quibus
sit suave
& quibus nō
Matt. 11.
Matt. 29.

Porro, si qui sunt, qui corpore versantur in eremo seu monasterio, corde
in Aegypto, qui ad onera ordinis inuoluntarij impatiensq[ue] corde mur-
murant, qui effugia atque remedia querunt, aut qui vtroneq[ue] suæ profensi-
onis immemores, quæcunque faciunt, quasi coacti, & ex quodam timore fa-
ciunt, ita & si possent vel clam, aut impunè, aut citra verecundiam vellent
transgredi, ijs religio planè nō est paradisus, sed misera (quam ipsi sibi faci-
unt) captiuitas. Sunt enim miserabiliores omnibus hominibus, neque hic
consolationem, neque ibi, id est, post hanc vitam spem habentes, sed viuunt
in tristitia & amaritudine, propter malam conscientiam & malam volunta-
tem. Verum hæc dicta sunt de obstinatis, impijs, & qui mala sunt voluntate,
duroq[ue] corde, non de his, qui imperfecti sunt, liceat bonæ sint voluntatis,
qui contra voluntatem suam quandoq[ue] tristitiam sentiunt, aut gemunt sub
oneribus ordinis, hi si non consentiunt, si non retrocedunt, si non expectant,
donec ab alijs cogantur, sed cogunt seipso, faciuntq[ue] de necessitate virtu-
tem, sunt quidem ad tempus, in labore & tristitia, sed tristitia, eorum ver-
etur in gaudium, fieriq[ue] dulce, quod erat illis amarum. Cæterum, Religiō mo-
illos puratissime in paradiſo viuere, qui in feruore currunt charitatis, qui nō
dum ius i præuolant, vbi de voluntate Dei aut superioris constiterit, qui fa-
ciunt cuncta cum desiderio & suauitate, qui gaudent, quod aliquid possint
facere beneplacitum Deo, quibus licet exterior homo s[ecundu]m turbatione aut fa-
tigatione molestetur, secundum tamen interiorum hominem renouantur?
Ipsi de die in diē pacē & tranquillitatē indies maiore per subiugatio[n]ē exter-
ris possidētes. Hi plura cupiunt facere bona, q[ui] possunt. Hi nō discutiunt, nō in-
terrogāt mortale an veniale sit, q[ui] prohibetur: q[uia] vbi cunque Domini aut su-
perioris loco Dei constituti diciderint voluntatem, execrantur pari studio,
quicquid illi aduersatur. Habent igitur tranquillam bonamq[ue] semper con-
scientiam, qua in hac vita nil dulcius est, nil felicius, nil suauius. Nam gau-
dium, quod mundi habent amatores in crapulis, in venereis, in amoribus Gaudiū mū-
llicitis, in luxu & in abusu creaturarum, in choreis & tripudijs, insania est, esse, non
non gaudium.

Ioan. 26.
Religiō mo-
nastica qui-
bus sit para-
disus.

non gaudium, ad æternum vœ & perpetua lamenta perducens. Habent quoque huius gaudi amatores hic vermem rodentem conscientias eorum. Porro post hanc vitam vehementius rodentur, quod vident se ineffabiles prensas, quas patientur, evadere (si voluissent) nullo negocio potuisse, & consilio gaudiosissimo beatorum in cœlis sese sua temeritate atque stoliditate priusse. Verum his relictis, Ego inquit Dominus, elegi vos filiolos de manu, hoc est, de vita mala, statu peccandi, de societate mala, de peruersa voluntate peccandi, & posui vos in statum religionis, quo ab occasionibus vos seducentibus & retrahentibus, à periculis, à tērationibus & ruinis multis contutatis sum, ut eatis per studium bonæ voluntatis, & fructum afferatis bonorum operum, præsertim obedientiæ, quæ nulli operi quamlibet vilissimo non redditum aut præmium. Et fructus vester maneat, per perseverantiam & humilitatem. Vtique enim & superbia & instabilitas boni operis fructum exstinxit.

Beneficium
vocationis
non esse
parui facie-
dum.

In gratitudine
triplex ca-
nenda quæ-
sit.

Vocationē
suam Deo
acceptam
referre de-
bet religio-

i. Cor. 4.

Conversionis
sua nemus
debet pœ-
nitere.

Ecce charissimi fratres, hoc beneficium vocationis nostræ nō leue aut parvum existimemus, ne ingratitudinis rei inueniamur, simulque pluribus potioribus & beneficijs, quæ per gratitudinem accipere potuimus, nos ipsi spoliemus. In gratitudine, quantum nunc sufficit, triplex est. Si aut non cognoscimus beneficium acceptum, aut si paruipendimus non dignas gratias gentes, hoc est, nō beneficium illud estimantes, aut si beneficio, ad quod collatum est, non vtimur. Causamus itaque ingratitudinem, cum in omnibus, tum præcipue in hoc beneficio vocationis nostræ. Primo, vt cognoscamus vocationem hanc esse nostri à Deo. Quis enim sibi ipsi persuadere posset, contemnere mundi gaudia, florem iuuenturis, societatem amicorum, temporalia bona atque diuitias, & dare se ad carnis afflictionem, ad captiuitatem perpetuam, abdicare à se libertatem voluntatis (quæ nihil nobilius, nihil magis est proprium homini) abnegare sua desideria, subiacerere ad voluntatem hominis alterius, idq; per oīm vitam suam? Hoc, inquit, nemo hominū negat, nec alteri persuadere potest. Naturā enim haudquam hoc docet, sed inspirat hæc Deus, nec solum inspirat, sed etiam toleranda, inquit & deideranda facit. Quot sunt in mundo homines, qui si tamen sano ut oīm yentur iudicio statum religiosorum laudant, qui se bonos monachos optant, quædiu tamen diuinæ gratiæ tractum in se non sentiunt, quod laudant, quod amant, quod optant, non amplectuntur? Si ergo quicquid boni in nobis est, à Deo est, quomodo quod optimum & perfectissimum est (se abnegare & totum Deo offerre) à Deo non est? Omnia igitur indubitate, omnino firmissimis fratres apud nos, virumque esse ex Deo, & quod seculum reliquimus, & quod ad hanc religionem, ad hunc statum, ad hunc locum venimus. Neminem igitur conversionis sui pœnitentiat, nemo diuinæ vocationi ingratis inuenia ur. Nemo huiusmodi fibi phantasias diabolicas in corde fabricet.

Ovinam in tali aut tali statu viuere, utinam ordinem illum ingressus fuisset, utinam illo loco receptus fuisset, quasi a ibi nulla tentatio sit, nullus habebitus, nulla pugna, aut quasi Deus, qui vocavit nos, errauerit, male nos huc insipientem & vocans, cum potuisse sapientius utilius & alio nos vocasse, aut quasi nos sapientiores constitueret velimus Deo, qui melius tecumus, quid & ubi & quomodo expediat saluti nostræ, quam Deus, aut quasi Deum iniuriantem arguamus, qui cum nos vocare voluerit, ad incongruum tamen ordinem

IN FESTO S. BRVNONIS.

183

enim & locum nos vocauerit, magisq; salutaria nobis dare aut noluerit, aut non scierit quando ipse pater amantisimus & sapientissimus est, qui non solum bona, sed optima quæque & maximè salutaria nobis semper prouidet.

Charissimi per nos huc non venimus. Deus ipse vocauit nos. Quare? Profecto, quia id optimum nobis fore sciuit, idèò ut pater fidelissimus hoc vocauit nos. Si alibi maior nobis fuisset salus, hoc ipsum vtique sciuisse, & (quia bona & optimæ eius sunt data) illuc nos perduxisset. Qui enim non potuisset noluisse ad meliorem nos statum (si nobis fuisset melior) clementissimus pater vocare, quando tamè vocare nos voluit? Quis enim pater, qui filio suo, cum possit, non prouideret optima atq; saluberrima? Cùm itaque millies, imò infinites patre plus amet nos Deus, impium est calumniari, aut arguere vocationem illius. Calumniatur autem & arguit, quisquis hac non contentus, reputat se meliorem sibi procurare posse, sapientiorem se constituens Deo. Cuperet ius vocationem fuisse (quod ad monasterium, vbi iuxta regulam viuitur, ve- quis sit, nimus) vel inde intelligimus (& hoc circa dubium) quia cor nostrum inclinavit, & occasiones quotquot fuere necessariæ, quibus effectum forteior vocatio sua, procurauit, atque in finem exequendo nos huc perduxit. Non igitur charissimi fratres simus ingrati Deo, pernicio-
sus has phantasias, diabolicasq; vacillationes admittendo, quibus sit, ut ad displicientiam status, locis, perduci nihil cum alacritate, nihil cum feroce & gaudio spiritus, nihil cum stabilitate propositi, sed cum tristitia, tædio & amaritudine omnia faciamus. Secundo, committitur ingratitudo, quando beneficium quidem agnoscitur, sed non ea veneratione, qua debet, & stimatur. Credite fratres beneficium vocationis nostræ de maximis potissimum est. Nihil nobis profuisset esse creatos, nihil redemptos, si non essemus ad penitentiam vocati, expectati atque iustificati. Post baptismum enim cedimus omnes, & florem primeuæ atque vernantis nostre peccando diabolo obtulimus. Quantum putatis fuit beneficium diuinum, quod vos animos portauerit nos hostes suos sibi rebelles ac contumeliosos? Aspexit sui contemptum & sustinuit. Quod item non damnauit nos, ut iuste potuisset in peccatis nostris, quanta est misericordia? Quid quod tanto tempore expectauit, vocauitq; iterum ac iterum ad penitentiam? Quot sunt in inferno hodie, quibus nulla vñquam spes, nulla consolatio, nulla salus erit, qui fortasse vnum duntaxat peccatum mortale contraxerunt, aut saltē multo quam nos pauciora? Vbi sunt, qui olim nobiscum peccauerunt, & in peccatis suis obierunt, quorum neque in cœlo neque in terra est hodie memoria, & iacent, iacebuntq; in perpetuis tormentis? Quomodo nos perdit non sumus cum ipsis? Quid nos fecimus, aut vnde hoc nobis, quod haecenus præ illis nos ad penitentiam sumus reseruati? Nonne ingens super nos fulsis misericordia Dei, quæ nisi fuisset, federemus iam multo tempore in inferno? Quantum est ergo hoc beneficium, quo cæca corda nostra illuminauit, dura emolliuit, arque voluntarios nos ad penitentiam fecit, locum, statum, instructores, libros, rectores, collegas: & planè quicquid conduceret, quicquid pro animæ aut corporis salute foret necessarium, nobis prouidens ac tribuerat?

Vocationis
diuinæ calu-
niator & re-
prehensor

Beneficium
vocationis
quam sit
magnum.

Eeee

Ter-

IOAN. LANSP. CARTHVS. SERMO IV.

584

Finis vita
monasticæ
quis.

Ad perfe-
ctionem tē-
veniant, omnes tamen tendere coguntur, nemini sub transgressions lice-
tos esse reli-
giosos.

Tertium, quo ingratitudo committitur, quando beneficio non vtimur,
quod nobis est collatum. Charissimi fratres, finis vocationis nostræ est per-
fœtio charitatis. Ad hunc finem status religionis institutus est, quo noxi
submoueantur, pericula fugiantur, malæ occasions tollantur, bona adju-
antur, peccatis disciplina, temptationibus remedium, bona voluntati prædi-
gium administrentur, ignorantes instruantur, infirmi iuuentur, male voli-
tes arceantur, tandemq; ad salutem omnes, ad perfectionem charitatis pro-
moueantur. Et licet non omnes, qui monastiken proficentur, ad perfectionem
veniant, omnes tamen tendere coguntur, nemini sub transgressions lice-
ti nolle esse perfectum, aut abijcere omnia, quibus comparari iuarietate
beat perfœtio. Vulgari namque modo loquendo, perfœtio charitatis est, ut
homo omne studium suum deputet ad vacandum Deo, rebusq; diuinis, am-
etis alijs prætermisssis, quæ non sunt de necessitate præsentis vite. Charis-
mi fratres, ne igitur hic simus Deo ingrati, ad quæ vocati sumus accingamur
alacres & fortes vincentes carnem nostram. Nulla nos acedia ab his, qui ad
diuinum spectant cultum retrahat, nulla negligentia retineat, nulla carna-
indulgentia ad laute laxeq; viuendum nos eneruet. Nulla molitiae ad non
frangenda desideria nostra nobis imponat. Quando surgendum est, surge-
mus, quando eundum, eamus, quando silendum, fileamus, quando operando
operemur, ut semper Deo in obedientia, nunquam in propria voluntate dia-
bolo seruiamus. Habemus ducem & principem nostrum D. Brunonem, qui
in ætate iam penè senili ad penitentiam iuuenis factus est, qui ad castigatio-
nem carnis ætate licet frigidus feroore incaluit, qui per ætatem fractis iam
viribus athleta fortis exemplum sanctitatis & perseverantiae nobis reliquit.
Cuius oremus nos apud Deum & merito & intercesione iuvari, per Domi-
num nostrum Iesum Christum, qui cum patre & Spiritu sancto vivit & re-
gnat Deus benedictus in secula, Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

*Ut S. Bruno perfœtè mundum contempserit, totum se ad Deum converte-
rit, & in semel arrepto pietatis studio perseverauerit, aique
ut eum imitari debeamus.*

Sermo V.

Matt. 17.
Luc. 14.

Evge serue bone & fidelis, quia super paucafuisti fidelis supra multa te con-
ficiam: intra in gaudium Domini tui. Matth. 25. Agimus hodie dilectissimi
fratres solemnitatem patris nostri D. Brunonis: cui quām pulchrè con-
ueniant verba thermatis iamiamq; recitati, puto vosipfi aduertiis. Ipse enim
est seruus bonus, quia fecit voluntatem Domini sui, mundum contempsens &
seipsum, totumq; se diuinæ mancipans voluntati exequendæ. Ipse est etiam
seruus fidelis, quia in his non seipsum spectauit, sed gloriam domini sui, acq;
usque in finem fideliſſimè domino suo adhæſit constanti & virili perseveran-
tia. Obsecro fratres mei diligamus & veneremur, talem & tanum Dei ami-
cum, patrem & ducem nostrum. Atque ut ad illius amorem & venerationem,
quoque imitationem magis ac magis inflammemini dicam hac vice,

nonni-